



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Clericis coniugatis. Tit. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

1. 1. à mm. 61. & 106. iit. 19. lib. 8. noua recop. Vivald. in candelabro aureo tit. de suspens. à n. 19. Azor. dict. p. 1. lib. 6. c. 7. q. 5. Paul. Comit. d. q. 42. à n. 2. Contrarium tamen, imò Clericos concubinos, seu fornicarios notorios non esse suspensos vera suspensionis censura, nec celebrantes effici irregulares, quia id iure non canetur, tenet Couar. in Clem. si furiosus, p. 1. §. 1. n. 5. Hentig. Veg. Medin. Fr. Emman. quos refert, & sequitur Fagundez d. c. 5. n. 48. post Vgolin. Gutier. & alios sequitur Nicol. Garc. d. c. 14. n. 19. vbi n. 30. respondet in hoc text. clericum concubinarium notorium dici suspensum quoad alios, non quia sit suspensus suspensionis censura, sed quia alij prohibentur ab eo audire Divina, & n. 32. dicit quod dato quod ista suspensio esset vera censura de iure, responderi etiam tunc posset iam non esse in usu, propterea respondent Fr. Emman. in summ. tom. 2. c. 67. n. 1. Soar. d. disp. 31. sect. 4. n. 10. Aul. de censur. p. 2. c. 6. disp. 2. dub. 5. & p. 3. disp. 5. dub. 2. Bonacin. eod. tract. disp. 3. q. 6. puncto 5. n. 1.

2. Quoad seipsum, &c.] Notatur ad hoc quod suspensus quoad se tantum, & non quoad alios, dicitur omnis Ecclesiasticus existens in peccato mortali, quia quandiu ipsum non poenitet peccati, nullo modo celebrare potest, quia peccet mortaliter, sed alij non prohibentur celebrantem audire, ut per Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 3. tract. 2. n. 1. & 7. Bonac. d. tract. de censuris, disp. 3. q. 6. puncto 5. n. 2.



De Clericis coniugatis.

TIT. III.

1. **S**UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 173. verso. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 97. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 366. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 3. summ. in Decret. omnes sub hac rubr.

2. De materia tituli vide Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 9. Anton. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 7. Sanch. de matrim. l. 7. discept. 42. Farin. fragm. crimin. p. 1. lit. C. à n. 325. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 5. Vincent. Filliac. tom. 3. tract. 4. l. c. 5. n. 18.

SYMMARIUM.

1. Clericus coniugatus in minoribus Ordinibus constitutus debet uxorem retinere, & beneficium Ecclesiasticum amittere; si verò erat in sacris, cogitur per suspensionem & excommunicationem dimittere uxorem, & agere poenitentiam de commissio.
2. Beneficia clericis in minoribus Ordinibus constituti vacant per matrimonium ab eo contractum per verba de presenti.
3. Regressus & accessus, ac alia quaecunque iura ad beneficia Ecclesiastica competentia clericis in minoribus constituto, vacant per matrimonium de presenti ab eo contractum.

4. Clericus in minoribus per matrimonium de presenti suae consummationis, siue non amittit beneficia, etiam si uxor non sequatur adhuc copula carnali ingressa fuerit religionem, ut n. 5.
6. Pensionibus Ecclesiasticis priuatur clericus in minoribus contrahens matrimonium de presenti.
7. Clericus in Sacris constitutus, aut religionem professus approbatus per sententiam priuatur beneficiis.
8. Beneficiarius minorem Ordinum matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito contrahens amittit beneficia ipso iure, quamvis ignarus impedimenti contraxisset.
9. Clericus ipso iure beneficiis priuatur contrahendo matrimonium nullum ex defectu solemnitatis.
10. Matrimonium quando est nulliter contractum ex defectu consensu clericis contrahentes non amittunt beneficia.
11. Sponsalia per verba de futuro non inducunt vacationem beneficiorum.
12. Clerici in minoribus bene possunt ducere uxores.

CAP. Si qui. I. Alex. III.

Clericus in minoribus contrahens matrimonium cogitur per censuras Ecclesiasticas dimittere beneficia, & retinere uxorem; si verò erat in sacris, cogitur per suspensionem, & excommunicationem dimittere uxorem, & agere poenitentiam de commissio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 22. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 363. remissus Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 3. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. c. 2.

Collige ex text. per matrimonium per verba de presenti contractum à Clerico in minoribus Ordinibus constituto vacare eius beneficia, ita Capell. Tholos. decis. 239. Clar. §. fin. q. 73. n. 5. vers. clericus beneficiatus, Tiraq. de retract. lig. §. 26. gloss. 2. m. 9. Bonacoll. commun. crimin. p. 1. verbo clericus, fol. 27. verso. Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 3. n. 4. Valq. de success. prog. lib. 3. §. 22. n. 36. Petr. Greg. de re benef. c. 25. n. 4. Malcard. de probat. concl. 182. Perez l. 1. vers. item quia, tit. lib. 5. Ordinum. Matienf. in rubr. tit. 1. gloss. 1. n. 158. & l. 7. gloss. 1. 2. n. 2. tit. 8. lib. 5. noua recop. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 1. n. 12. Veral. decis. 21 §. n. 2. p. 1. Ceual. commun. contra communes, q. 147. Sayr. de censuris, lib. 6. c. 5. n. 10. & segg. Pechi in reg. beneficium, n. 26. de regulis iuris in 6. Mandos. de signatura gratia tit. de priuatione, vers. imperatur beneficium, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 4. & 5. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 42. à n. 4. Spin. in speculo restam. gloss. 16. n. 43. Ioan. à Cochier. in reg. 8. Cancel. gloss. 7. post n. 18. vers. 2. Cened. Canon. quest. lib. 1. q. 30. n. 27. Card. Tusch. lit. C. ead. concl. 392. & lit. M. concl. 148. Giurba ad consuetud. Messanenses, c. 1. gloss. 1. p. 1. n. 39. Squillante de priuileg. cleric. c. 4. n. 83. Viuian. in praxi iuris lib. 5. c. 5. n. 48. in ultim. edit. Gutier. pract. lib. 2. q. 104. n. 3. Less. de instit. lib. 2. c. 33. dubit. 21. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. n. 312. cum segg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 15. n. 43. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. verbo Clericus, n. 325. Aloyf. Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 240. n. 3. in 1. edit. alias resol. 212. in 2. edit. Cald. Pereira de potestate eliz. c. 5. n. 14. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 8. n. 1. cum segg. Anton. Riccin. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 7. c. 1. à mm. 3. Carol. de Graffis de effectibus clerical. effectum §. à n. 11. dicit

dicat probabilem Filiuc. *rom. 3. tract. 4. cap. 8. n. 5.* & fuit dictum in *Lucana capellania 23. Februario 1609.* coram bonae mem. Penia, & in *Burgo sancti Sepulchri beneficii 25. Maij 1626.* coram R. P. D. Merlino, qui omnes eum *gloss. 1. hic*, resoluunt huiusmodi vacationem induci ipso iure, adeo vt non requiratur sententia prinatoria, quicquid teneat Fr. Emman. in *summ. rom. 1. cap. 12. 3. num. 1. in 2. edit.* nisi eius opinionem intelligas procedere respectu possessionis; quam nisi sponte Clericus dimittat, ad eam relinquendam est cogendus manu militari. Vnde sequi inferunt Sanch. *d. disp. 4. 2. a. n. 10.* & Anton. Ricciul. *d. c. 1. a. n. 10.* post contractum matrimonium clericum nullatenus posse beneficiari retinere sed, teneri statim illa dimittere, alias peccare mortaliter, & teneri restituere omnes fructus perceptos; similiter inferunt renuntiationem per eum factam ad fauorem nullius esse momenti, & posse statim post contractum matrimonium beneficia tanquam vacantia impetrari. Illud tamen adhibere oportet matrimonium indubitante debere probari, vt ex eo inducatur vacatio beneficii, & non sufficit quod lata esset sententia pro validitate matrimonij, si pendet causa restitutionis in integrum, Cardin. Caualer. *decis. 180. n. 1. & 2.*

Amplia primo, vt sicut per contractum matrimonium per verba de praesenti in Clerico in minoribus constituto inducitur vacatio beneficiorum, ita etiam expient regressus, & accessus, & alia quaecunque iura ad beneficia Ecclesiastica competentia, *gloss. verbo clericis, in c. 1. hoc tit. lib. 6.* vbi Ioan. Andr. *n. 5.* Gemin. *n. 6.* & prob. *n. 5.* Clar. *d. q. 73. n. 3.* Flamin. *d. q. 1. n. 14.* Ceual. *d. q. 1. 47. n. 2.* Sanch. *d. disp. 4. 3. n. 7.* Farin. *d. verbo clericus, n. 330.* Nicol. Garc. *d. c. 8. n. 2.* Gutier. *de matrim. c. 97. n. 4.* Anton. Ricciul. *d. c. 1. n. 14.* Carol. de Grassis *d. effectus 5. n. 14.* Ioan. Bapt. Costa *de re integ. disp. 84. n. 6.* Gurrba *d. n. 44.*

Secundo amplia, vt procedat siue matrimonium fuerit consummatum, siue non, quia remanet nihilominus Clericus beneficio priuatus, Paulin. *de potestate Capituli, Sede vac. pralud. 7. col. 3.* Capel. Tholof. *decis. 239.* Mascard. *concl. 181. n. 3.* Rota in *Lucana de insula 6. & 13. Iunij 1575.* coram Illustrissimo Cardin. Lancel. Anton. Ricciul. *d. cap. 1. num. 27.* Ceual. *communium contra commun. q. 1. 47. num. 1.* Carol. de Grassis *d. effectus 5. n. 13.* Caualer. *decis. 166. n. 2.* Squillante *d. c. 4. num. 85.*

Tertio amplia, vt procedat etiam si post matrimonium contractum vxor ingressa fuerit religionem, non sequuta adhuc copula carnali, quia non ideo Clericus recuperabit beneficia, quae iam per matrimonium contractum vacarunt, vt per Butr. *hic n. 7.* & Abb. *n. 6.* Couar. *3. n. 4. & 6.* Sayr. *d. c. 5. n. 14.* Sanch. *d. disp. 4. 2. n. 6.* Farin. *d. verbo clericus, num. 329.* Nicol. Garc. *d. c. 8. n. 3.* Anton. Ricciul. *d. c. 1. n. 20.* Squillante *d. c. 4. n. 86.*

Quarto amplia, vt per contractum matrimonium per verba de praesenti Clericus non solum priuetur beneficiis, sed etiam pensionibus Ecclesiasticis, vt per Cou. *d. 3. sub n. 6.* Clar. *3. fin. q. 7. 4. vers. clericus, in fine.* Nanar. *de orat. c. 21. num. 53.* Ceual. *d. q. 1. 47. num. 7.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 80. lit. E. vers. amittit.* Flamin. *de resign. lib. 1. q. 1. n. 15.* & lib. 6. q. 2. n. 115. Gig. *de pensionib. q. 54.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 10. cap. 10.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 4. 3. n. 5.* Card. Thufch. *lit. P. concl. 717. a. num. 8.* Farin. *d. verbo Clericus, num. 331.* Carol. de Grassis *d. effectus 5. n. 12.* Anton. Ricciul. *d. lib. 7. c. 3. a. prim.* Rota in *via Roman. pensionis 10. Maij 1610.* coram Reuerendiss. D. Coccino, in *Tullen. fructuum Prioratus 21. Iunij 1619.* coram eod. vbi etiam dictum fuit post contractum matrimonium per verba de praesenti

non valere transactionem, seu nouam conuentionem inter titularem, & pensionarium super eius solutione absque Sedis Apost. beneplacito; similiter & ibi dictum fuit ad istum effectum sufficere probari matrimonium praesumptum, & procedere hanc quantam ampl. siue matrimonium fuerit validum, siue nullum, & de facto contractum, dummodo non fuerit nullum ex defectu consensus, quod etiam censuit eadem Rot. *Archiconon. pensionis 27. Iunij 1611.* coram Card. Canalerio, inter eius decisiones impressas *decis. 166. per tot.* Limitatur tamen haec ampliatio, ne procedat in pensione, quae datur laico pro ministerio, vel pro re vtiliter gesta, aut gerenda in defensione Ecclesiae; nam haec per matrimonium contractum non extinguitur, vt ex aliis resoluit Anton. Ricciul. *d. cap. 3. num. 4. & 5.* Limitatur etiam, quando is, ad cuius fauorem fuit pensio reservata ante contractum matrimonium, emit officium Militum Lauretorum, ij enim ex peculiari privilegio possunt retinere pensionem Ecclesiasticam vsque ad summam 200. ducatorum auri de Camera, non obstante matrimonio contrahendo, & bigamia, ex constitut. Sixti V. 15. in ordine Bullarj noui, cuius dispositio vendicat sibi locum non solum super beneficiis liberae collationis, sed etiam iurispatronatus, etiam Principum, & Regum, Rota in *Terulen. pensionis 15. Septembris 1600.* coram Illustriss. Card. Sacrato. Similiter Milites SS. Mauricij, & Lazari, etiam si contrahant matrimonium cum vnica & virgine, remanent capaces retinendi pensiones vsque ad summam ducatorum 400. auri de Camera, ex peculiari privilegio ad fauorem dictae Religionis indulto per fel. record. Clement. VIII. in sua *constit. 102. §. 1. 3. in Bullario nouo.* Idem erit si suscipiat habitum Militiae sancti Stephani, quo etiam coniugatus, & bigamus remanet capax Ecclesiasticae pensionis vsque ad summam 400. ducatorum de Camera, ex *constit. fel. record. Pauli V. 46.* Illud tamen adhibere oportet, quod si obtinens pensionem tanquam Clericus incedat in habitum saeculari, pensio ipso iure remanet extincta absque alia citatione, & iudicis decreto, vt sunt verba clara constitutionis Sixti V. & tradunt Gonzal. *ad reg. 3. Cancel. gloss. 15. in princ. num. 56.* Nicol. Garc. *de beneficiis, p. 3. cap. 1. num. 18.* Rot. *decis. 158. n. 16. p. 1. recent.* & late fuit dictum in *Casaraugustana pensionis 3. Iunij 1622.* coram R. D. meo Coccino Decano, & in *Elboren. pensionis 7. Iunij 1627.* coram R. P. D. Vbaldo, & in eodem 20. Decembr. 1628. coram R. P. D. Merlino.

Quinto amplia in Clerico contrahente matrimonium in Sacris constituto, vel professio religionem approbatam, hunc etiam amittere beneficia tenent omnes *infra* citandi, inter quos tamen gravis concertatio est, an haec priuatio inducatur ipso iure, an vero per sententiam? & in tali specie esse priuatum ipso iure censuerunt Abb. *hic num. 7.* & Zabara *num. 24.* Cou. *d. 3. num. 4.* Aufrer. *ad Capell. decis. 240. num. 4.* Azor. *d. lib. 7. cap. 16. q. 5.* Verum communiter ceteri Doctores existimant esse priuatum per sententiam, ita *gloss. hic verbo dimittere.* Ioan. Andr. *in cap. Ioannes, infr. hoc tit. num. 23. vers. si vero tenet.* Butr. *num. 19. ad finem.* Anchar. *num. 14.* Imol. *num. 24.* Clar. *d. q. 73. n. 50.* Mascard. *concl. 182. num. 5.* Nanar. *in man. c. 25. n. 120.* Henric. *in sum. lib. 7. cap. 36. n. 1.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 42. sub num. 4.* Less. *de instit. lib. 2. cap. 34. num. 115.* Nicol. Garc. *d. cap. 8. num. 17.* Filiuc. *d. cap. 8. num. 6.* Anton. Ricciul. *d. lib. 7. cap. 2. num. 12.* vbi a *num. 14.* rationem reddit, quare Clericus in minoribus constitutus priuetur ipso iure, non ita qui in Sacris est constitutus.

Sexto amplia, vt etiam per matrimonium in gradu 3

con

consanguinitatis, vel affinitatis prohibitio, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum Ordinum amittatur beneficium ipso iure, quamvis ignarus impedimenti contraxisset, ita *Con. d. 3. sub n. 4. vers. quod si is, qui habet. Tiraquel. de retractu lig. 5. 26. gloss. 2. num. 9. Corral. de benefic. p. 1. cap. 10. num. 10. Bonacof. tom. 1. communium opinionum lib. 1. tit. 7. num. 12. & 13. pag. 175. & tom. 2. lib. 9. tit. 7. n. 3. vers. & ita est communis. pag. 367. Hippol. conf. 70. num. 16. Flamin. d. 9. 3. n. 12. Sanch. d. lib. 7. disp. 43. & lib. 3. disp. 2. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. n. 44. & gloss. 57. n. 44. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. com. 19. num. 147. vbi transcripsit ad hoc decisionem Rotæ in Lucana de Insula sancta 6. Iunij 1575. coram olim Illustr. Lancel. cuius etiam meminit Anton. Ricciul. d. c. 2. n. 20. quicquid contrarium tenuerit Nicol. Garc. d. cap. 8. n. 8. & seqq. An autem quando Clericus contraxit sciens impedimentum, censetur ipso iure priuatus, disputat Anton. Ricciul. c. 2. n. 23. vbi n. 24. arbitratu conclusionem esse firmandam generaliter, vt siue sciat, siue nesciat Clericus impedimentum, semper censetur ipso iure priuatus.*

9 Septimo amplia, vt etiam per matrimonium nullum ex defectu solemnitatis, veluti quia non est contractum coram parcho, & testibus, vel alias fuit contractum contra formam præscriptam à Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. Clericus ipso iure beneficiis priuatur, vt in facti contingentia respondit Rota, cuius auctoritate hanc sententiam sequuntur Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 5. sub num. 39. & Anton. Ricciul. d. cap. 2. num. 32. quicquid contrarium post Fr. Emman. & Veg. tenuerit Nicol. Garc. d. cap. 8. num. 13.

10 Limita primo principalem textus conclusionem non procedere, quando matrimonium est nulliter contractum ex defectu in consensu Clerici, tunc enim non dicitur inducta beneficiorum vacatio, vt per Abb. hic sub n. 7. vers. quandoque enim, Nicol. Garc. de benefic. p. 116. 9. n. 10. & 11. Mallobr. in praxi habendi concubum requir. 7. dub. 33. secundum Romanam impress. & dub. 34. resoluit quod matrimonium nullum ex defectu formæ non inducit priuationem beneficii, Squillante d. c. 4. n. 89. & latè Anton. Ricciul. d. cap. 2. n. 1. vbi numeris seqq. exemplificat in Clerico amente & impubere, in quo malitia non supplet ætatem, ac in contrahente per metum cadentem in constantem virum, & à num. 7. disputat an prædicta procedant, vbi nullitas procedit ex defectu consensus mulieris, nempe quia erat amens, vel impubes, aut consensum præstitit metu compulsa; Clericus verò præstitit consensum omni ex parte legitimum? vide apud eum.

11 Limita secundo non procedere, quando contrahuntur sponsalia per verba de futuro, per illa enim non induci vacationem beneficiorum tenent Butr. hic n. 1. Abb. n. 1. Couar. d. 5. 3. n. 4. Clar. d. 9. 73. num. 3. Tiraquel. de iure mariti gloss. 2. n. 18. in fine. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo lassis, num. 127. col. 6. Perez tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 4. Rot. decis. 772. sub n. 2. vers. & quamvis p. 2. in recent. Gonzal. d. gloss. 15. n. 43. Sanch. d. lib. 7. disp. 42. n. 1. & 5. & disp. 43. n. 6. Farin. d. verbo Clericus, n. 332. Nicol. Garc. d. p. 11. c. 8. n. 19. cum seqq. Gutier. de matrim. c. 97. n. 1. Anton. Ricciul. d. lib. 7. c. 4. Squillante d. c. 4. n. 90.

Limita tertio, si pensio sit reservata pro officio aliquo compatibili cum matrimonio, velut pro pulsandis campanis, vel custodienda Ecclesia, similive alio in quo conseruatur intentio Papæ, Gig. de pension. 9. 4. n. 3. Rot. decis. 1079. n. 1. p. 3. lib. 3. diuers.

Limita quarto si eum tali Clerico fuerit sufficien-

ter dispensatum per Papam, vt non obstante matrimonio possit retinere pensionem, Gig. d. 9. 54. sub num. 5. vers. quando autem apparet, concessa enim hac habilitatione nihil est quin retineri possit pensio, non obstante matrimonio, siue agatur de pensione reservata, siue translatione, cum in hoc nullum sit discrimen, Rot. apud Greg. XV. decis. 18. n. 2. & 3. idem quoque de beneficio resolunt Sanch. d. lib. 7. disp. 42. n. 18. Carol. de Grassis effectum 15. n. 19. Squillante d. c. 4. n. 92.

Et retinere uxores, &c.] Ergo Clerici in minoribus bene possunt ducere uxores, vt per Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 42. Thom. Valasc. allegat. iuris, tom. 1. allegat. 40. n. 3. etsi habeant beneficia, itavt filij ab illis sic in minoribus beneficiis naturales reputentur, & subsequenti matrimonio legitimentur, vt resolunt citati ad cap. a. n. 33. infra. qui filij sunt legitimi, quibus adde Azeved. l. 6. n. 3. tit. 8. lib. 5. noua recop. Perez l. 22. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 103. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 20. n. 33. Bernard. Graux ad practic. Cam. Imper. lib. 2. concl. 141. confid. à n. 13. Steph. Grat. discept. forens. c. 35. n. 48. & c. 159. n. 10.

S V M M A R I V M.

1. Coniugatus ad administrationem, & ad ordinem Ecclesiasticum, vel beneficium non promouetur, nisi castitatem præmitat, & non sit bigamus.
2. Clericus in minoribus coniugatus, non potest habere beneficia, & n. 1.
4. Virginem habuisse uxorem dicitur ille, qui prius eam desponsauit, si ab ipsomet, & non ab alio cognita fuisset.

C A P. Sanè. II.

Clericus coniugatus non est capax beneficii, nisi voueat perpetuam castitatem, & coniux fuerit vnica, & virgo, nec potest admitti ad sacros Ordines, & administrationes Ecclesiasticas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano. Viu. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 23. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 363. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Augutt. collect. 1. Decr. lib. 5. tit. 3. c. 3. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 18. c. 5.

Ne deinceps clericus coniugatus ad Ecclesiastica beneficia, &c.] Notatur ad hoc quod Clericus in minoribus coniugatus non potest habere beneficia, vt per Hojed. de incompat. benef. p. 1. cap. ult. n. 76. Flamin. de resignat. lib. 4. q. 2. n. 27. Camil. Borrel. in summ. omn. decis. tit. 8. n. 29. Valer. Reginald. in praxi fori pontif. lib. 30. tract. 3. n. 149. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 44. vbi resoluit, quod licet non possit habere beneficium Ecclesiasticum in titulum beneficii, potest tamen habere ratione stipendij, aut alterius ministerij temporalis, & num. ult. asserit clericum coniugatum incapacem esse pensionis, quæ titulo clericali conferri solet, nisi ex Summi Pontificis dispensatione; vnde à fortiori sequitur Episcopum minime posse cum eo dispensare, vt habeat beneficium Ecclesiasticum, etiam simplex, vt tenent Selua de benefico. part. 1. q. 7. num. 17. & 18. Flamin. d. q. 2. num. 29. Sanch. d. lib. 7. disp. 42. num. 18. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 5. num. 4.

Nisi forte castitatem, &c.] Verba hæc cum Zabab. & Anchar. intelligenda esse dicit Sanch. diel. lib. 7. disp. 42.

disp. 4.2. n. 16. si vxor proficatur continentiam, vel melius, nisi vir legitime ad Ordines promotus fuerit, aut forsan ex Rebuff. in praxi benef. reg. de publicandis resign. gloss. 1.8. n. 4.5. si uterque vouerit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem.

4 In gloss. Virginem, vlt. ibi. sed verius est, quod 7 promoueri. Notatur ad hoc quod ille dicitur vir in habuisse uxorem, etiam si prius illam deflorauerit, ab ipsomet, & non ab alio cognita fuisset, per ea, quæ Card. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 60. vers. tertium est valde, Vinald. in candelabro aureo, tit. de irreg. in 1. specie bigamie, n. 5. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 8. Sanch. d. lib. 7. disp. 4.6. n. 3. & disp. 8.4. n. 1.2. & habetur apud Castellanos l. 3. tit. 5. p. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus beneficiatus, si contrahat matrimonium, priuatur beneficio, & quod dedit Ecclesia, ibi restituitur.
- 2 Beneficio tacite videtur renuntiare Clericus in minoribus matrimonium contrahens.
- 3 Monachus ubi transit de vno monasterio ad aliud, non debet esse onerosus secundo.
- 4 Religiosi bona licite ex vna religione in alteram diuersi ordinis transeuntis, quæ prius monasterium ratione eius acquisierat, recuperat posterius.

CAP. Quod à te. III.

1 Clerici in minoribus sunt spoliandi beneficiis, si matrimonium contrahant, & si quid de propriis bonis Ecclesiæ titulari contulerunt eis, restituitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Bald. Butr. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 24. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 363. remissus Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 7.

2 Ecclesiastico beneficio, &c.] Illi enim per matrimonium à se contractum tacite videtur renuntiare, vt per Nauar. conf. 3. n. 2. sub tit. de renuntiat. in antiq. Malcard. de probat. concl. 18.2. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 1.4. n. 63. Et quod clericus ingressus monasterium per annum quo durat tempus eius tacite professionis licite retinet beneficium, ex hoc text. colligunt Tiraguellus de retractu lig. 5.1. gloss. 8. n. 28. Falsch. lit. C. sing. 99.

3 Sane Ecclesiis, &c.] Notatur ad hoc quod vbi Monachus transit de vno monasterio ad aliud, non debet esse onerosus secundo monasterio, vt per Surd. de alimentis, tit. 9. q. 27. n. 6. vbi allegat Menoch. conf. 193. n. 1. & 12. tenentem secundo monasterium debere alere ingressum, posito quod sit opulentum, vel habeat redditus sufficientes.

4 In gloss. Redire, ibi, & idem in Monacho, vt illa transferat secundo monasterio. Notatur ad hoc quod bona religiosi licite ex vna religione in alteram diuersi ordinis transeuntis, quæ prius monasterium ratione eius acquisierat, recuperat, vt per Host. n. 4. Butr. n. 9. Ioan. Andr. n. 7. Anchar. n. 9. Abb. n. vlt. Zabar. mm. vnic. opposit. 4. & Henric. n. 2. & 3. in presenti, Angel. verbo monasterium, n. 6. Aruul. verbo Religio, mm. 17. Mandel. conf. 7.1.2. n. 2. vol. 4. Menoch. de arbitr. casu 436. n. 13. Verum probabilior est opinio vniuersa bona priori monasterio acquisita ratione religiosi remanere omnino apud illud, siue, ad aliud monaste-

rium diuersi Ordinis, siue ad Episcopatum transeat, quam tueretur Abb. hic n. 3. Anan. n. 8. Syluest. verbo religio 4. q. 10. Tabien. eodem verbo q. 27. n. 28. Conar. in c. 1. a. n. 29. de testam. Nauar. comment. 4. de Regul. n. 24. vers. 1.1. & conf. 5. n. 9. sub eod. tit. de Regular. Aluarad. de coniecturata mente testatoris, lib. 2. c. 3. in princ. n. 7. Carol. Tapia in auth. ingressi, verbo sua, c. 6. n. 7. C. de sacros. Eccles. Spin. in speculo restam. gloss. 12. princ. n. 23. & 24. & in rubr. gloss. 6. n. 3. Anast. Germon. de sacrorum immuni lib. 3. c. 4. n. 37. Surd. de alimentis, tit. 9. q. 27. n. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 140. vers. quando religiosus, col. 13. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 15. q. 3. & c. 16. q. 8. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 79. art. 1. & 2. & tom. 3. q. 5. art. 1. Sanch. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 32. n. 8. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 31. art. 24.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi cum Sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt, peracta penitentia dispensare possunt, & declaratur n. 2.
- 2 Episcopus potest dispensare cum Clerico in sacris constituto, aut Religionem professio, si viduam occulte duxerat.
- 3 Episcopus dispensare non potest cum Sacerdotibus nuptias de facto contrahentibus, quando penitentia signa minime exhibent.

CAP. Sanè. ij. IV.

Episcopi possunt dispensare cum Sacerdotibus, qui facto contraxerunt matrimonium post longam penitentiam, & vitam laudabilem, vt exerceant Ordines in officio suo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 25. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 364. remissus Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 1.

Intellige supradictam conclusionem, vt procedat si cum vnica, & virgine contraxerint, quo etiam casu procedit text. in c. 1. qui Clerici, vel vouentes, secus enim est, si cum vidua, aut corrupta, vel duplex inierant matrimonium, in quibus terminis necessario intelligendi sunt text. in cap. nuper, & in cap. fin. de bigamis, colliges hæc ex Conar. in Clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 2. vers. secundo. Valent. p. 2. disp. 7. q. 19. puncto 3. in 1. specie irregul. in fine, Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 8.6. n. 20. Aloyc. Riccius in praxi aurea res. sol. 220. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 2. q. 8. art. 2. conclus. 3. & aliis, quos refero ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 2. allegat. 49. n. 26. vbi n. 27. cum Sanch. & Ludou. Miranda citatis locis, resoluo posse Episcopum dispensare cum Clerico in sacris constituto, aut religionem professio, si viduam occulte duxerat in privilegio Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 6.

Post longam penitentiam.] Intellige de consilio, vel quod Episcopus dispensare non debet, quando Sacerdos ille penitentia signa maxime exhibet, ex Sanch. d. disp. 86. n. 20.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia obrenta a clerico tempore contractus matrimonij, illi auferenda sunt, collata vero postmodum scienter per Episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem.
- 2 Officia duo non potest vnus exercere.
- 3 Papa solus potest dispensare, vt coniugatus qualecumque beneficium obtineat.
- 4 Nemo potest venire contra factum suum.

CAP. diuersis. V. Innoc. III.

1 **E**piscopus debet priuare Clericum beneficiis, quæ ille tempore contractus matrimonij habebat; si verò post contractum Episcopus scienter contulit beneficia Ecclesiastica tali Clerico, illis non Episcopus, sed superior eius priuet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viuian. in ration. lib. 3. in iuris Pontific. pag. 25. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 364. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 3. cap. 1.

2 **Cum quasi diuisus in duo, &c.** Notatur ad hoc quòd duo officia non potest vnus exercere si ad diuersa tendant, l. hac parte, C. de prox. sacror. scrib. lib. 1. l. si plures, vbi gloss. ff. de pactis, Tiraq. de constit. p. 3. limit. 30. n. 8. Quando verò munera, & officia non sunt sibi contraria, & tendunt ad eundem finem, ea simul habere quis potest, ita vt vnus & idem duorum iure, & munere fungatur, ex Bart. in l. si consil. ff. de adoption. & tunc vtriusque debet habere salarium. Aniles ad c. 1. Pratorum, fol. 39. Azened. ad Curiarum Pisana, lib. 2. c. 22. n. 9. & late an, & quando possit quis sustinere vicem duarum personarum, agit Aloys. Rice. in praxi aurea, resol. 473. per totam. Vnde quando ex privilegio, vel consuetudine quis duplici officio fungitur, scilicet Thesaurarij, & Canonici, duplices lueratur distributiones, cum inter dignitates suppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos suppleat numerum Canonicorum, nec egeat substituto, vt Sacra censuit Congreg. apud Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. n. 245. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauarra, lib. 4. tit. 7. de benef. incomp. n. 25. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 82. n. 12. & resoluunt Gig. Roch. Gom. Azor. & alij, quos refert Moneta de distribut. quotid. p. 1. q. 4. n. 6. & melius n. 16. Sic etiam iuxta receptissimam Doctorum sententiam in cap. cum olim, de re iud. vbi Panorm. n. 2. & Felin. n. 1. quando duo iura concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces, quia censetur iure diuersorum, & quòd hæc sit communis, & verissima opinio, tenent Con. var. lib. 3. c. 13. n. 6. Azor. in iur. moral. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 13. veluti in dignitate, & Canonico simul, ex privilegio, vel consuetudine, qui duplicem habet vocem in Capitulo, vnam ratione dignitatis, alteram ratione præbendæ, vt censuit Rota apud Seraphin. decis. 410. & in vna Oriolen. Canonicius 11. Ianuarij 1619. coram R. P. D. Remboldo, quam refero d. alleg. 62. n. 22.

3 **Prius appellatione remotæ.** Solus enim Summus Pont. potest dispensare, vt coniugatus qualecumque beneficium obtineat, vt per Flamin. de resignat. lib. 4. q. 20. n. 28. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 42. n. 18.

4 In gloss. Non per re, ibi, argum. quod nemo potest ve-

nire contra factum suum. Vide apud hoc plures Doctores in libello de principiis vtriusque iuris, lit. F. n. 17. & per me Axiom. 93. n. 23.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius Sacerdotis Græci ex vxore genitus licet inter Latinos promouetur, si scandalum non obstat.
- 2 Græci in minoribus Ordinibus contrahentes possunt post coniugium ad sacros Ordines ascendere, & matrimonio antea contracto vti.
- 3 Continentia votum sacris Ordinibus in Ecclesia Orientali est annexum.
- 4 Papa potest dispensare, vt promoti ad Sacros Ordines matrimonium contrahant.
- 5 Continentia solo præcepto Ecclesiastico sacris Ordinibus est annexa.

CAP. Cum olim. VI.

Filius Sacerdotis Græci, ex legitimo tamen matrimonio natus, potest ordinari ritu Latino, licet pater sit in ritu Græco, nisi consuetudo regionis repugnet, tunc enim esset inhabilis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Hostiens. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viuian. in ration. lib. 3. in iuris Pontific. pag. 26. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 364. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 2.

Quoniam Orientales, &c. Notatur ad hoc quòd Græci in minoribus Ordinibus contrahentibus licet post coniugium ad sacros Ordines ascendere, & matrimonio antea contracto vti, vt per Azor. in iur. moral. p. 1. lib. 13. cap. 13. q. 1. Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectus 5. n. 41. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 18. n. 5. aduertentes, ille q. 3. & 5. hic verò n. 3. in Ecclesia Græca nunquam licuisse sacro Ordine prædictis Matrimonium inire, imò apud ipsos Græcos Matrimonium post Ordinem sacrum contractum fuisse irritum.

Orientalis Ecclesia votum continentie non admittit. Occidentalis verò maxime; nam eius Clerici cum ad sacros Ordines promouentur, hodie tacite castitatem promittunt, & ita huiusmodi continentie votum esse sacris Ordinibus annexum, tenent Henric. in sum. lib. 12. de Sacram. Ordinis. cap. 14. n. 7. in fine, & lib. 12. de Matrim. cap. 5. n. 9. Spin. in speculo iustit. gloss. 12. in princ. n. 2. vers. vtrum antem solenne, Gutier. Can. lib. 4. c. 7. n. 2. Azor. d. lib. 13. c. 12. q. 6. & c. 14. q. 10. D. Barbof. in rubr. ff. soluto Matrim. p. 2. à n. 100. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch. d. lib. 7. disp. 27. n. 10. quibus adde Carol. de Grassis de effectibus cleric. in prælud. num. 41. & alios, quos cito de officio, & potest. Episc. p. 2. alleg. 15. n. 2. in fine.

In gloss. Votum continentie, ibi, quòd Papa potest dispensare, &c. Notatur ad hoc quòd Papa potest dispensare, vt promoti ad sacros Ordines Matrimonium contrahant, vt per Abb. hic n. 5. Tiraquel. de panis temper. in præfat. n. 46. Sor. lib. 7. de iustit. q. 4. art. 2. vers. hoc pater, & in 4. sentent. distinet. 38. q. 1. art. 1. vers. dubium. Henric. in sum. lib. 10. c. 14. §. 5. & §. 8. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 3. n. 11. quos refero ego ipse d. alleg. 15. n. 20.

In ead. gloss. ibi, illud verum est quòd ex constitutione Ecclesie introductum est, &c. Notatur ad hoc quòd continentia solo præcepto Ecclesiastico sacris Ordinibus est annexa, vt per Anto. Capet. de perperna castitate Sacerd. c. 25. Cardin. Bellarm. lib. 1. de Clericis. c. 18.

Henric.

Hentig. lib. 10. c. 14. §. 6. Azor. d. c. 12. q. 1. quos refero ego ipse d. alleg. 1 §. n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus coniugatus non beneficiatus non cogitur deferre tonsuram.
- 2 Consuetudine potest Clericus coniugatus habitum Clericalem minimè portans, Clericali privilegio gaudere.
- 3 Declaratur textus in presenti.
- 4 Beneficiarius etiam solus minoribus Ordinibus initium deferre debet primam Clericorum tonsuram.
- 5 Clericus coniugatus licita est negotiatio honesta victus causa.

C A P. Ioannes. VII.

Clericus in minoribus coniugatus non potest gaudere privilegio Clericali, ac perinde non tenetur deferre tonsuram, dummodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, cuius ratione teneatur Clericalem deferre tonsuram. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Buttr. Anch. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viu. in ration. lib. 3. iur. Pont. pag. 26. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 365. remissive Ximen. in concord. p. 2.

Cum de consuetudine terre, &c.] Notatur ad hoc, quod de consuetudine potest Clericus coniugatus habitum Clericalem minimè portans Clericali privilegio gaudere, ut per Burg. à Pace conf. 22. n. 6.

Dummodo nullum percipiat beneficium, &c.] Ergo videtur probare vxoratum in coniugio posse tenere beneficium, sed gloss. ult. hic occurrit quod tenere possit per dispensationem Papæ, aut beneficij nomine hic intelligi potest pensio, seu stipendium, quod laico nonnunquam datur ab Ecclesia, ratione cuius, etiam si datum non sit in titulum beneficij, debeat tamen portare tonsuram, si consuetudo ita ferat, sic Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 312. vers. si cursus.

Cuius ratione teneatur, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficiarius etiam solus minoribus Ordinibus initium deferre debet primam Clericalem tonsuram, ut per Azor. in sist. moral. p. 2. lib. 7. c. 14. q. 3.

Quia cum eum oporteat, &c.] Notatur ad hoc, quod clericis coniugatis licita est negotiatio honesta victus causa, nec ob eam privari possunt privilegijs clericibus, ut per Con. pract. c. 31. n. 8. vers. sexto, Azor. in sist. moral. p. 1. lib. 13. cap. ult. q. ult. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 26. Carol. de Grassis de effect. cleric. effect. 1. n. 87. quicquid contrarium teneant Camil. de Cutte, Scacc. amil. Borrel. Thom. Valasc. & alij, quos refero de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 12. n. 30.

In gloss. Non potest. Circa materiam huius glossæ vide quæ dixi d. alleg. 12. a. n. 25.

S V M M A R I V M.

- 1 Vxorati non admittuntur ad Ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.
- 2 Beneficio suo iam obtento cogitur quis cedere propter scandalum imminens.
- 3 Scandalum quando non provenit ex culpa habentis beneficium, sed ex improborum malitia, tunc nemo cogitur propria dimittere propter eos.

Bubol. Collect. Tom. II.

C A P. Cum decorem. VIII.

Clerici vxorati non admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas, & quas habent dimittere debent. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Buttr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viu. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 27. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 365. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. sub tit. 1. de vitas, & honestat. cleric. c. 4.

Et gravi scandalo retinere.] Notatur ad hoc, quod propter scandalum imminens potest quis compelli cedere beneficio suo iam obtento, ut per Azeved. lib. 14. n. 19. tit. 3. lib. 1. noua recopil. & alios citatos per me ad cap. nisi cum pridem, n. 14. sup. de remitt. Quando vero scandalum non provenit ex culpa habentis beneficium, sed ex improborum malitia, tunc nemo cogitur propria dimittere propter eos, qui sic scandala concitant, quia tunc est propriè scandalum Pharisæorum, D. Thom. 2. 2. q. 44. art. 8. in resp. ad 1. vers. aliquid vero, Cou. in reg. peccatum, in princ. sub n. 6. de regul. iuris, in 6. Ant. Rice in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existens. lib. 9. c. 5. n. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici coniugati in rebus suis non gaudent privilegio Clericali.
- 2 Clerici coniugati quando hodie fori privilegio gaudent offenditur.
- 3 Clerici coniugati non gaudent immunitate à tributis.
- 4 Milites Ordinum militarium an, & quando teneantur ad tributa, & gabellas, remissive.

C A P. Ex parte. IX. Honor. III.

Clerici coniugati in rebus suis amittunt privilegium Clericale, & possunt laici ab illis sicut ab alijs vxoratis debitas iustitias, & consueta servitia exigere. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innocent. Collect. Zababell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Buttr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viu. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 27. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 365. remissive Ximen. in concord. part. 1.

Ut tamen consueta iustitias, & debitas obsequijs, &c.] Nouè Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. quoad Clericos coniugatos iubet observari constitutionem Bonifacij VIII. in c. 2. hoc tit. lib. 6. illo superaddito quod huiusmodi Clerici alicuius Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, & Clericali habitu, & tonsura utantur. Quæ quidem constit. Bonifacij VIII. in d. c. 1. privilegium hoc multis modis restrinxit, quos refero de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 12. a. num. 25. Vnde Clericos coniugatos non gaudere immunitate à tributis, tenent Festal. in tract. de estimat. c. 1. sub n. 7. part. 4. Aloyf. Ricciul. in praxi aurea, resolut. 391. n. 5. Duen. reg. 100. limit. 10. Couarr. pract. cap. 31. n. 9. Perez l. 13. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 60. Garc. Gironda de gabellis, part. 2. num. 27. & 28. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 16. De militibus vero Ordinum militarium an, & quando teneantur ad tributa, & gabellas, vide Ordinariis Regiam Lusitan. lib. 2. titulo 11. §. ultimo, vbi notat parens meus, & apud Castellanos, l. 9. tit. 18. lib. 9. noua recopil. vbi Azeved. Lallarte de gabell. cap. 19. n. 92. Mench. illustr. cap. 105.

C n. 45.


4.5. Valasc. conf. 1.3.1. n. 3. Nau. conf. 2.3. de Regul. Parlad.
lib. 1. verum quorid. c. 3. §. 1. n. 19. Bobadil. in sua politica,
lib. 2. c. 18. n. 26. Gutier. de gabellis, q. 9. §. a. n. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus militans non est cogendus deferre Tonfuram, vel habitum Clericalem.
- 2 Clericus dicitur recedere à statu Ordinis, & ad saeculum reuerti, si in minoribus constitutus efficiatur miles.
- 3 Clericus in minoribus statim ac declaratur miles, videtur ipso facto beneficio renuntiare, quamvis deposito cingulo militari iterum vestes Clericales reassumat.
- 4 Pensiones in titulum vti Clerico assignata per militiam remanent extinctæ.

CAP. Vt consolationi. X. & vlt.

- Clericus in minoribus si militauerit, non est cogendus deferre Tonfuram, vel habitum Clericalem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoff. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 28. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 265. remissum Ximen. in concord. p. 1.
- Ex hoc text. colligunt Doctores Clericum dici recedere à statu Ordinis, & ad saeculum reuerti, si in minoribus constitutus efficiatur miles, vt per Barbat. conf. 1.1. col. vlt. vers. praterea, lib. 1. Gig. de pension. q. 5. §. n. 2. Marc. Ant. Genues. in praxi Archiep. Neapol. c. 7. n. 4. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 154. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effect. 1. n. 664. Squillante de primil. Cleric. c. 7. n. 32. in fine, Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 7. c. 5. n. 9. vbi n. 12. ampliat. vt Clericus miles effectus adeo dicatur à statu Ordinis alienus, vt proinde statim atque declaratur miles, videatur ipso facto beneficio renuntiare, & citat Rebuff. de nomin. q. vlt. Clar. 8. fin. q. 7. §. sub n. 6. versum Clericus, Paris. de resign. lib. 1. q. 1. n. 22. quibus addo Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 183. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 14. m. n. quamvis postquam fuerit in matricula militum. descriptus pœniteat, & paucis post diebus, antequam laica exerceat, deposito cingulo militari, iterum vestes Clericales reassumat, nam nihilominus dicitur à statu Ordinis recessisse, ita quod nona Clericalis habitus reassumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam obtinebat, illi nõ sufficiat, vt tenet Ricc. d. c. 5. n. 19. quicquid dicat Iacob. de Grassis conf. 1. sub hoc tit. provt nec sufficit ad pensiones recuperandas, nam & illæ per militiam remanent extinctæ, si quæ sibi in titulum vti Clerico erant assignatæ, Gig. q. 6. §. Caccialup. de pension. q. 1. §. Ricc. d. c. 5. n. 26.



De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Prabenda.

TIT. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes, & n. 2. de materia tractantes.

- 3 Clerici dicuntur à κληρῶ, quod est fors Græcæ, Latine vero hereditas.
- 4 Clericorum appellatione veniunt Monachi in materia favorabili, & indifferenti, secus in stricta, & otiosa.
- 5 Religiosorum appellatione in stricta disputandi ratione non comprehenduntur Clerici seculares.
- 6 Clericorum appellatione veniunt prelati, & in dignitate constituti in favorabilibus, secus in odiosis.
- 7 Clericorum appellatione veniunt quicumque etiam in minoribus constituti, nisi ex subiecta materia Sacerdos comprehendatur.
- 8 Residentia generaliter sumpta dupliciter consideratur, primò materialiter, secundo formaliter.
- 9 Residentia definitur vt sit assistentia personalis vera, vel ficta, cum exercitio Ecclesiastici ministerij in proprio beneficio.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Butr. Panormitan. Ioan. à Capistrano, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 173. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Melnart. in epitome Decretal. fol. 95. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 373. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Lancelot. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici, Zypx. in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 155. Canil. in summa iuris Canonici, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 3. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tituli vide Capr. Vezin. & alios romano primo communium opinionum, libro primo, titulo octauo, Camillum Borrell. in summ. omnium decisionum, titulo decimo, Valerium Reginaldum in praxi fori penitentialis, libro trigesimo, tractatu nono, à numero 49. Nicolaum Garciam de beneficiis, parte 3. cap. secundo de residentia, nouissimè Sanctarellum variarum resolutionum, lib. 1. q. 2. cum multis sequentibus, quem sub prælo vidi.

Clerici.] Dicuntur Clerici à κληρῶ, quod est fors Græcæ, Latine vero hereditas, quasi Clerici in sortem, seu hereditatem Domini sint vocati, vt per Isidorum in capite clericos vigesimo primo, distinction. vbi citant Doctores. Iuxta quod maxime conveniunt cum Monachis, qui similiter à laicis segregati, & quasi mundo mortui dicuntur, vt ex ipsa verbi etymologia deducit Eugen. Pont. in cap. placuit decimo sexto, quest. prima, inuat cap. si Religiosus, in principio, de election. libro sexto, cap. Religiosus, de testam. eodem libro, cap. non dicatis 12. quest. prima, text. opt. in cap. duo sunt genera, eadem causa, & quest. vbi ex eadem ratione tam vni, quam alij diuersam à laici Christianorum speciem constituunt, licet omnes simul etiam laici, dummodo Christiani, sint etiam in sortem Domini vocati, & generali vocabulo sacerdotij prerogatiua potiuntur, iuxta illud Exodi cap. 14. Si seruaeritis pactum meum, eritis mihi in gentem sacerdotalem. Vnde etiam Petrus epistola prima, omnes alloquens inquit, Vos estis gens electum, & Regale sacerdotium. Ex qua convenientia inter Clericos, & monachos ortum habuit, titul. ne Clerici, vel monachi; æquiparatio insuper, de qua in capite, si quis suadente decimo septimo, questione quarta, & in cap. non dubium, & in c. ex renore, de sententia excommunicationis.

Ex